

INCVNABVLA

Qu

392


калгоп


H. x 11535 (Wist. 329)

Oprawiono w r. 1935.

*Inc. Qu. 392.*

Bibl. Jag.





11 x 14 1/2

Histor

La

Historia mulieris sexus


Inven. 092

Lamiae.

Molitoris (Ulrici): De lamis et phito-  
nicis mulieribus.

s. l. (1489?)

Hain Repert. bibl. N. 11,535.



De lamiis ⁊ phitonicis mulieribus.



*Handwritten:* 11.535



**T**ractat<sup>9</sup> ad illustrissimū pri  
cipem dñm Sigismundum archiducem austriae. Stirie ca  
rinthierē. de lanis et phitoniciis mulieribus per Utricum  
molitoris de constantia. studij papientis. decretorum doc  
tozem et curie constantien. causarum patronum. ad honore  
eiusdē principis ac sub sue celsitudinis emēdatōe scriptis.

Epistola

**E**xcellentissime princeps et  
dñe. dñe archidux colendissime. hūilis vtrius<sup>9</sup> mo  
litoris de constantia doctor. tue celsitudini sese  
in obsequium offert. Cum itaq; superioribus annis pestis qua  
rūdam laniarū et incantatriciū. terras tue excellentie. inuasit  
se diceretur Itaq; cū nonnulli tuo sub imperio mulieres de  
hūmōi heresi suspecte capte forent. apudq; torturam interro  
gate. varia responderent. vnde tuis consulis<sup>9</sup>. varia. ea dñe  
inter se opinantibus vno quippe in illam. altero nempe in a  
liam ptem declinante. tandē apud tuā clementiā mei memo  
ria incidit. Itaq; pro insita tua auaritate. veritatem cogno  
scendi. per tue dignatōnis consules demādatuz suscepi. vt  
quid ego in ea resentirem. id tue excellentie. scili officō desi  
gnare non omitterem. Verum quāuis istuc laboriosum et pi  
culosum sit. laboriosuz quidem mihi in alijs occupato. et vi  
ctū querere curanti. Periculosum autē propter inuidos et d  
tractores qui cuncta que nequeūt imitari non tamē cessant  
calumniari: et que ipi sua inertia experiri non poterūt vene  
noso dente veluti seteger hircus. lacerare nō omittunt Quā  
uis insuper ista materia preclaros etiam doctores in dubi  
um aduocauerit. Attamē dignū existimaui quia pro tua ex  
cellentia corpusculi mei membra tuis obsequijs obtines de  
uicta eius etiā si que sunt animi vires possideas vt duz ex  
terioris hominis pres sese ad tua deuouent obsequia: debilis  
quoq; et rudis intellectus meus ad tue celsitudinis gloriā

non dormitet. Opus itaq; presens sub tua tuorumq; sapientis-  
simum consulum correctione: presertim clarissimi. viri  
Conradi sturzel vtriusq; iuris doctoris ac tue precellentie  
maximi secretarij. cuius quippe correctioni hunc tractatus  
specialit' submissi. Quoniam eundem prescis temporibus in-  
ceptorem et magistri locum habui. Eloquētie etiam elemen-  
ta iurisq; sententias adhuc inuenis sivi. hodieq; sugere desi-  
derem. vt sic aggressus sum. Etiam cum apud prescos orato-  
res dyalogus plerūq; aliquid iocundioris delectationis af-  
ferri extimatum est. idcirco presentem tractatu per viam dy-  
alogi imo trilogi procedere decreui. Verum quia multa eā-  
dere disputatione digna cum prouido et prestanti viro Co-  
rado schatz huius inclite ciuitatis mee constantien. plurimū  
annorum pretore. et magistratum gerente viro vtiq; specta-  
to et facundia florente recensui. qui tanq; pretor huiusmōi  
mulierū confessiones didicit Itaq; ipm presentē dyalogus  
seu trilogum sub tuo excellentissimo ipsiusq; Conradi et meo  
nominibus expedire arbitrar' sum. idcirco sub benignitasq;  
uentia. ad materiā accedēs. Quasdam questiones p clauibus  
ius materie discuciendas premisi.

## Capitula presentis tractatus.

- ¶ Primo vtrū ex facto laniarū et incātaricū ac cooperatōe de  
monū possint puocari grā dies et pruinē ac pluiē i lesiōes fre-
- ¶ Secūdo vtrū lanie et incātarices possint adiutorio dyabo-  
li hominibus et infātib; nocere ac morbos eisdem infer-  
re eisdemq; debilitare.
- ¶ Tercio vtrū possint hoīem etiam cōingali instatu cōstru-  
tum ad coeundum inficere et impotentem reddere.
- ¶ Quarto vtrū possint hoīm ymagines et facies eoz in ali-  
as formas immutare.
- ¶ Quinto vix incātarices et lanie possint sup baculū vinctū  
vel super lupū seu aliud aīal equitare et ad sui cōiunū ludum  
de loco ad locum traduci vbi bibant et cōmedant ac mutuo  
se cognoscant atq; delectentur.

¶ Sexto vtrum cum talibus z maleficis mulieribus possit  
dyabolus incubando in forma hominis comisceri.

¶ Septimo vtru ex tali coitu sit possibile generari filios

¶ Octavo vtru incantatrices z phitonice mulieres ad in-  
teritio demonum possint secreta scire z consilia principum res-  
uelare. ac futuros euentus predicere.

¶ Nono vtrum in isto iudicio possint tales malefice z scelera  
se mulieres comburi vel alijs supplicijs affici.

## Exorditur itaqz clementissim⁹ archidux Sigismūndus austriae.


Sigmundus Fidelis nobisqz dilecte doctor vlrice q̄  
niam singulari fauore ob tua in nos merita te prosequimur  
idcirco p̄nti de materia tecum preceteris disputare decreui-  
mus Ulricus Illustrissime princeps q̄nis gratuz sit  
vt pro tua in me clementia. me dignū inter disputandū fore  
iudicaueris. attamen ecce. adest. Lunradus schatz. pretor  
mee ciuitatis. vir vtriqz ingenio prestans cōuersioneqz ar-  
gutus consodalis meus. placeat igitur eius industriaz hac  
de re prius experiri. Sigmundus. placet. nam z eni-  
dem consilio maturum: conuersioneqz facetum noui Id-  
circo quia nobis sermo de laniarum z incantatricum male-  
ficijs habendus erit Itaqz querendum primo duri. Vtrus  
ex facto laniarum possint prouocari tonitrua pluuie z gran-  
dines. Lunradus Quāuis in huiusmodi difficultate  
que etiam doctissimos viros pro discussiōe terreri solet. me  
in scium putem. iuxta verbum soeratis. quis solitus fuit di-  
cere. se hoc solum scire. quod nesciret. attamen ne videar. cle-  
mentis principis monitis non ad quiescere. loquar pauca  
vt in initium demouendi maiora. Sigmundus. Dic  
igitur. Lunradus Apud phm tritum est sermone p̄-  
uerbium. vt fama quam omnes famant. nō omnino perda-  
tur. fama autem cōmunis est. q̄ ipse strige tonitrua z gran-  
dines effecerint magna qz damna segetibus z hominibus

tulerint. Ex confessione quoque earum in tortura facta. se talia  
fecisse et modum faciendi tradidisse compertum est. **Sig-**  
mundus At ego nude fame non intendo. facile enim di-  
ctum. sequitur vulgus. nec confessione torzurali satiabor. cum  
metu tormentorum quis inducitur quibus ad confitendum id quod  
in rerum natura non est. Verum ea que oculis non conspe-  
rimus. auctoritate. tum vel concludenti ratione percipere desi-  
deramus. nam recta disputatio. auctoritate et ratione conclu-  
ditur. **Ulricus** profecto experientia in decidendis causis  
contemptibilis non est. cum experientia dicatur esse rerum  
magistra. ut dicitur in eadem. ubi periculum delect. li. vi. vñ tritum est apud  
populares proverbia expropheto crede ruberto. **Sigmundus.**  
Ad ostendendum igitur plane maleficeque mulieres nihil  
sciant: me istuc mouet: videlicet. Nam si talia iste maledicte  
mulieres scirent. et efficere possent. non esset opus principibus.  
temporibus belli clientulos. militesque conducere. qui  
in terras hostium irruerent. agrosque deuastarent. Incendijs  
domos et villas concremarent. Verum satis affert. talem mulie-  
rem phitoniam aduocare eidemque saluum conductum addi-  
cere. et hortari quatenus super hostium terras talis maledi-  
cta mulier grandines fulminat tempestates prouocaret. ac  
ut sic hostium terram periclitare moliretur. Etenim quia videmus  
quod ipse talia facere non possunt. etiam si vellet. ad faciendum  
que etiam si a principibus. que tamen absit. inducerentur. vñ  
inferendum censeo. ipsas talia facere non posse. Preterea ex si-  
de habemus solum deum stellarum et elementorum esse gubernatores  
qui legem patri sidera iubet. et qui iuxta boetium in li. de consolatōe.  
perpetua mundum ratione gubernat. stabilisque manens  
dans cuncta moueri. quomodo igitur mulieres lanie  
adiutorio demonum illum summum motorem. qui certa ratio-  
ne cuncta gubernat in huiusmodi suo motu impedire et  
in alium motum dirigere possent. **Lunradus** Ponde-  
randa quidem est magni principis ratio. Sed non minus  
ponderandum est. illud quod **Ero. ca. viij. dicitur.** Nam quis  
uis moyses ante faciem pharaonis regis egipti multa signa

z prodigia fecisset. nihilominus malefici talia similiter effe-  
cerunt. qui incantationibus suis aquas in sanguinē verte-  
rūt. et ranas sup terram pduxerūt. Ecce igitur ex sacra scri-  
ptura veteris testamenti clarere. q̄ malefici adiutorio demo-  
nū aquas turbarūt. q̄ eas in sanguinem verterūt z agros  
prediaq̄ ranis confuderunt. Item libro p̄mo Job. cap. p̄.  
legit̄ q̄ dyabolo procurante. ventus vehemens irruit a regi-  
one deserti. z cōcussit quatuor angulos domus. que corru-  
ens oppressit liberos iob z morui sūt. ecce q̄ dyabolus po-  
testate sua aerez puocauit. puerosq̄ opp̄ssit. Et etiam eodem  
libro dyabolū fulmina ignis pronocasse. Dicit em̄ ter. Ig-  
nis dei cecidit de celo. z tactas oues puerosq̄ consumpsit.  
Item iob in apoca. ca. vii. ait. Post hec vidi angelos stātes  
sup q̄tuor angulos terre. tentētes quatuor ventos terre. ne  
flarent sup terrā. neq̄ mare. neq̄ in vllā arborem. z vidi alie-  
rum angelū ascendentem ab ortu solis hñtem signum dī vi-  
ui. z clamauit voce magna. quatuor angel̄ q̄bus datū est no-  
cere terre z mari dicēs. nolite nocere terre neq̄ mari. neq̄ ar-  
boribus quousq̄ signem⁹ seruos dei in frontibus. Sigmū-  
dus Doctor qui sunt illi quatuor angeli quib⁹ iobā-  
nes ait esse datū vt possint nocere terre. Ulricus Sūt  
dyaboli. Sigmūdus Appellat ne dyabol⁹: angelus  
Ulricus Ita. nā dyabol⁹ ibidē z etiā alibi sepi⁹ angelus  
dicitur. quia etiam missus a deo. vt ibi dicit glosa ordinaria  
Sigmundus Forte iobānes hec in spiritu vidit. dās  
nobis sue visionis exempla. Cunradus Dignissime  
princeps non opus est exemplis. duz res ante oculos facta  
erit. vt audisti a maleficis coram pharaone. z a gestis iob  
Sigitur hec facta fore leguntur. igitur z ias fieri posse. q̄s  
dubitāt Ulricus. de illo passu in fine expost clarius lo-  
quamur.

Bibl. Jeq.

**De nocumentis z morbis hoī  
bus et infantib⁹ illatis.** a iij.



Sigmundus. Quia de corruptione turbatione elementorum nobis sermo est. non in competenter querendum dignimus. Si etiam hominibus maxime infantibus morbos inferre. et adiutorio demonum eisdem nocere possint.

Lunradus. Audisti a plerisque mulieribus quomodo pueris incunabilis iacentibus varie egredines acciderit nunc quippe illi puero nasus apparuit curuatus nunc alteri oculus erutus. quodque maledicte mulieres quandoque comprehense asseruerunt in torturasque recognouerunt ob inuidiam parentum se talia pueris auxilio demonum irrogasse.

Sigmundus. Audisti quod confessionibus talibus per meum extortis non saturabor. quid igitur aliud rationis seu auctoritatis in medium adducis. Lunradus. Jam superius pro auctoritate in libro per Job cognouimus quod dyabolus filios eiusdem. ventum prouocando oppressit. et mortui sunt. Digneris itaque audire beatum augustinum. xxi. li. de ciuitate dei ca. xvij. dum ait. Proiusque scriptum est graue in gremio filios adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture. matrem omnium usque a deo impleri est necesse. ut ipsi paruuli per lauacrum regenerationis ab originali peccati quo solum tenebantur vinculo iam soluti multa patientes nonnulli incursum spirituum malignorum patiatur. Ecce quod augustinus sentit pueros incursum demonum pati. Item beatus hieronimus ad paulam d. dormitione bresille in epistola ait. Quid cause est. ut sepe binoli et trinoli. ac vbera materna lactantes a demonio corrumpuntur. Ecce igitur sacra scriptura et sanctorum patrum auctoritate ostensum esse dyabolum potestatem quandoque habere corrumpendi pueros et infantes eisdemque nocendi. Sigmundus. Locuti modo sumus de infantibus. quid igitur in senibus et adultis. Lunradus. Multos vidimus senes claudicantes et contractos. qui asseruerunt ex maleficio illarum maledictarum ipsis istuc euenisse. Sigmundus. Quid autem sentit scriptura. Lunradus. In le

ex Iuda legenda

genda sanctorum symonis et iude legitur. quomodo coram rege babilonie zaro che et arphaxat malefici fuerunt constituti. qui ipsius regis oratores et rethores mutos et claudos atque cecos effecerunt. ac visum et gressum eisdem denuo reddiderunt. ecce aperit testimonium. quod malefici nocere possunt hominibus etiam senibus ac claudos et cecos facere. et rursus eos eisdem sanare **Sigmundus** Hi namque oratores quibus huiusmodi maleficia euenerunt pagani extiterunt. et in christum non crediderunt. nec signo crucis muniti fuerunt.

**Ulricus** Prudenter loqueris o inclite princeps. quoniam in eadem legenda canitur. quod postquam dicti oratores et rethores in christum crediderunt. et per apostolos signo crucis muniti fuerunt. dicti magi eisdem ultra nocere non poterant. quamquam magi ipsi irritati iterato eisdem nocere attentassent.

**Lunradus** Aye aye quomodo igitur poterat dyabolus nocere iob. qui eundem grauissimo ulcere percussit. adeo quod exinde lesit. ut in simo iacens vix suspirare potuerit. ut legitur in libro iob et tamen ipse iob erat vir sanctus in voluntate dei ut testatur scriptura ambulans. Item in legenda sancti antho-  
nii legitur quomodo demones eundem valde grauiter percusserunt. qui tamen vir sanctus et deo placidus fuit. ecce ergo ex his constare. demones super sanctos etiam viros potestatem nocendi eisdem habuisse. Si igitur viros sanctos. turbare potuerunt. cur igitur et alii de quorum sanctitate nobis non constat nocere non possent. **Sigmundus**.

*Sicut coniugali*  
Ex his magis atque magis hesitare incipio quid igitur sentiendum sit audire desidero. **Ulricus** Sine modo. prope finem quid sentiendum sit latius de hoc et aliis loquamur **Sigmundus** Ex prioribus dubio oritur aliud. Vtrum possint hominem in coniugali statu existentem inficere et coeundum impotentem reddere **Lunradus** Videmus plures pulchros socios qui in coitu. paucum aut nihil valuerunt. imo qui proprias uxores carnaliter cognoscere non potuerunt asserentes ex maleficio hoc ipsis contigisse. **Sigmundus** Q

multi multa loquuntur. **Ulricus.** Profecto cano-  
nes in hoc consentiunt. asserentes per maleficia fieri posse  
vt homo quia natura frigidus non est. ad coeundem inba-  
bilis reddatur. itaq; in decretali specialem titulum de frigi-  
dis z maleficiatis habemus. vnde hysmarus etiam papa. i  
ca. Si per sortiaras. xxvii. q. i. ait. Si p sortiaras atq; ma-  
leficas artes occulto. Sz nūquā dei iniusto iudicio permit-  
tente. z dyabolo preparante concubitus non sequitur. hor-  
tandi sunt. quibus ista eueniunt. vt corde contrito z spiri-  
tu humilitatis. deo z sacerdoti de omnibus peccatis suis pu-  
ram confessionem faciant zc. Ecce dicit enim textus. prepa-  
rante dyabolo concubitus non sequitur. Et quāvis pro deci-  
sione huius dubij ad credeēdum satis foret canon. quia ca-  
nonum constitutiones ab omnibus debent approbari vt di-  
citur in capi. primo de constitu. nihilominus tamen hoc is-  
dem astruunt doctores. Vnde beatus thomas in. iij. sup  
sententijs distinct. xxviii. ait. q; ex maleficio potest quis eē  
impotens ad vnam. z non ad aliam. Itaq; dominus hosti-  
ensis in summa libro. iij. rubrica. xvij. de frigidis z malefi-  
ciatis dicit aliquando maleficiantur homines ita q; reddū-  
tur per sortilegium impotentes omnibus preterquā vni.  
Aliquando etiam maleficiatur adeo vt non possit cogno-  
scere vxorem. sed omnes alias. **Sigmundus** Animū  
meum hec mouent quia mira sunt. nam cum coitus a natu-  
ra nobis detur admirandum certe erit quomodo dyabolus  
cursum nature impedire nobis ignorantibus possit.

**Ulricus.** Nam z ego vlricus ad decem z octo annos  
in curia constantiensi causarum sui patronus z aduocatus  
prout hodie sum z butusmodi causas frigiditatis z malefi-  
cij i practica plures habui: vbi mulieres accusabant coram  
iudice maritos de impotentia coeundi.

**Sigmundus** Quid igitur decretum fuit in talibus  
causis. **Ulricus** Decreuerunt iudices viros taliter

infectos medicis curie hmoi turatis ostendere se obere pro  
examine medicorum faciendo. Sigmundus Quid inde

Ulricus. Itaque plures comperi per medicos curie iu-  
ratos inspectos quos ipse medici asseruerunt natura non fri-  
gidos: sed sortilegio maleficiatos esse. Sigmundus.

Et quid super hmoi medicorum examine finaliter sententia-  
tum erit. Ulricus. Decreuerunt itaque iudices partes  
ad triennium mutuo cohabitare obere opus carnis hmoi  
attentando. quodque largiores in ieiunijs et elemosynis for-  
ret. ut deus qui institutor est matrimonij huiusmodi male-  
ficiam ab eis auferre dignaretur Verum quod de hmoi articu-  
lo opinionem meam in fine cum precedentibus dubijs la-  
tius declarare intendo. Interim ad alia dubia te conuertere  
si velis poteris Sigmundus Quarta enim uero fu-  
it questio.

**Utrum possit facies homi-  
num in alias formas inmutare.**



**Ulricus.** Quid tibi dignissime princeps videtur  
**Sigmundus.** Quod non **Ulricus** Quobocasses  
ris motuo **Sigmundus.** Dicitur enim in decreto in  
ca. episcopi. xxvi. q. v. ubi inquit textus. quisquis ergo cre/  
dit posse fieri. aliquam creaturam. aut in melius. aut. in dete/  
rius imutari. aut transformari. posse in aliquā speciem aut  
in aliquā similitudinem. nisi ab ipso creatore. qui omnia fecit  
z per quez omnia facta sunt. infidelis est. z pagano deterioz  
hectextus. **Lunradus** Canoninanz aduersari nō in  
tendo. Sed que apud historiographos me legisse memini  
recitare cupio. Quid igitur ad virgilium dicitur qui in bu/  
colicis eglōga octaua recenset q̄ dum vltices suis cuz socijs  
a troya exulando: ad circe reginam declinasset ipa quoq; cir/  
ce hospites tales suscipiendo poculo malefica eisdem mini/  
strasset. itaq; ipsi hospites postq̄ venenata pocula bibissent  
in animalium diuersarum specierum conuersi sunt. hic nā/  
q; in lupum. alter in aprum. alius vero in leonem. **Si/  
gmundus** Fabulam recitas. poete finxerunt quibus nō  
creditur. **Lunradus.** Lette poete reijcendi non sunt.  
Nam celius lactantius ait poetas historias scripsisse. Sz  
sub occulto figmenta relasse. Attamen hanc recitat boeci⁹  
doctor catholicus in libro quarto de consolatione. z ait.

**Uel** narij ducis  
**Et** vagas pelagorates  
**Eurus** appulit insule  
**Pulchra** qua residens dea  
**Solis** edita semine  
**Disce**t hospibus nouis  
**Lacta** carmine pocula  
**Duos** vt in varios modos  
**Vertit** herbipotens manus  
**Hunc** capi facies tegit  
**Ille** marmaricus leo

Bal. Jcg.

8

Dente crescit z vnguibus  
Hic lupus nuper additus  
Pere dum parat vlulat  
Ille tigris vt indica  
Tecta mitis obambulat  
Sed licet varijs malis  
Flumen archadis alitis  
Obsitum miserans ducent  
Peste soluerit hospitio  
Jam tamen mala remiges  
Dre pocula traxerant  
Jam sues cerealia  
Blande pabula verteram  
Et nihil manet integrum  
Voce z corpore perditis  
Sola mens stabilisq; semper  
D onstra que patitur gemit  
D leuem nimium manum  
Nec potentia gramina  
D embra que valeant lice  
Lorda vertere non valeant  
Intus est hominum vigor  
Arte conditus abditus  
Hec venena potentius  
Detrahunt hominem sibi  
Dira que penitus meant  
Nec nocentia corpori  
D entis vulnere se uiunt

Hec boetius de curtatis metris canit. Sigmundus.  
Tamen si preclaro stilo boetius vltis sociorumq; gesta re-  
citet. desito tamen an vera sint. z si talia gesta vera fuerint.  
Non mirum si istis his hominibus accidit qui pagani fu-

erunt ydola venerantes . ⁊ statuas demonum adorantes.  
vnde dyabolum super homines tales maiorem potestatem  
habuisse credimus. Cum autem nos deum celi adoremus  
⁊ in xpm credamus per quem ab imperio dyaboli liberati su-  
mus. vnde nobis talia contingere posse non existimo.

**Lunradus** Insuper bis simile factum audiuius.  
Narrat enim **Apulleius**. prout eum recitat **Augustinus**  
eidem asini aures accidisse. ac accepto veneno humano ani-  
mo permanente se asinum factum fuisse **Sigismundus**  
Dixi iam differentiam esse inter ydola adorantes ⁊ deum ce-  
licolentes **Lunradus** Procedamus igitur ad eos qui  
deum celi adorant. vt ostendamus eisdem venefica arte  
talia pariter accidisse. **Sigmundus** Procede igitur.

**Lunradus** In hystoria clementis recitat quomodo  
facies faustiani qui pater sancti Clementis extitit ⁊ cū beato  
Petro apostolo cōuersabatur per **Simonem** maleficū im-  
mutata fuerit. dicit em̄ in eadem hystoria qđ cū imperator  
**Cornelium** centurionem misisset antiochiam. vt illic ma-  
gos ⁊ maleficos caperet **Faustinianus** licentiā salutari **A-**  
**pionem** ⁊ **Anubionem** a bto Petro peccit. cū autē idē faustia-  
nus apud **Simonem** maleficum declinasset. Itaq; **Simon**  
**anubiani** ⁊ **Apiani** exposuit quō idem illa nocte **Corneliū**  
centurionem fugere vellet. eo qm̄ audisset eundē **Corneliū**  
imperatoris ex precepto se cōprehendere velle. vnde ipse **Si-**  
**mon** omnem furorem in faustinianū conuertere proposue-  
rit. Tantum inquiens facite faustinianū cenare vobiscum  
At ego (ait) quoddaz interim vnguentum componaz quo  
cenatus faciem suam perungat ex eo quoq; vultum meū hab-  
bere videatur. Vos autem herbe cuiusdam succo faciem p-  
uigimini prius vt non fallamini de imitatione vultus eius  
Volo enim vt cōprehendatur ab his qui me querūt ⁊ lucū  
habeant filij eius qui merelicto confugerunt ad petrū. Ita  
q; facies faustiniani fuit mutata. vt nemo eandē preter quā  
petrus cognosceret. ad modum quippe vt qui faustinianus

*clausula*

*1012*

9  
intuebatur existimabat Simonem magū videre. Ecce igitur q̄ per maleficas artes vir sanctus erat immutatus.

**Sigmundus** Forē pro tūc faustinianus cathecumīnus fuit. necdum baptisatus a petro. vel deus hoc ideo permisit. vt dolus symonis magi proficeret in gliam petri. put factum fuit. **Eunradus** Quocunq̄ modo permiffum extiterit. attamen ex hiftoria claret q̄ facies eius per maleficum immutata fuit. Item in hiftoria beati petri recitat qd̄ cum symon magus ante faciem neronis imperatoris staret eius effigies subito mutabatur vt modo fenior mō adolefcenior videbatur. In eadem quoq̄ hiftoria legitur. q̄ symon magus hircum in speciem hominis sc̄z ipsius symonis mutauit. fertur enim symonē neroni dixisse. vt scias optime imperator me filium dei esse. iube me decollari. z tercia die resurgam. Precepit ergo nero carnifici. vt decollaret eū qui cum putaret symonem decollare. decollauit arietem

**Simon** autem arietis membra recolligens. se et illa tribus diebus abscondit. tercio vero die ostendit se neroni dicens. Fac sāguinem meum abstergi qui effusus est. quoniam ecce ego qui decollatus fueram: sicuti promisi tercia die resurrexi. **Aero** vero his visis obstupuit. z eum filium dei esse putauit.

**Sigmundus** bone doctor quid tu affers in medium. **Ulricus.** Maiorū doctorum testimonia in eaz rem conducentia. Dicit enim beatus augustinus in libro de spiritu z anima. Humana opinio dicit quod quadā arte z potestate demonum homines conuertī possunt in lupos z iumētia: z portare queq̄ necessaria. postq̄ peracta opera iterum ad se redire. nec bestialem mentem in eis fieri. sed rationalem humanamq̄ seruare. Hoc intelligenduz est q̄ demones quidem naturam non creant. Sed solum aliquid tale facere possunt vt videantur esse quod non est. Nec augustinus. Ecce ergo q̄ augustinus cōcedit quod aliquid tale esse possunt. **Sigmundus.** Sed subdit vt videantur esse quod non est. **Ulricus.** De hoc latius in solutiōne

*h. p. m. t. u. p.*  
*Magus symon de  
hircis fuit bonu  
qm̄ pro p. h. t.  
in b. l. r. a. h. t. s. o. j.*

finali dicemus. Insuper angustinus in libro. xvij. de ciuitate dei ait. de ludificationibus demoniu quid dicemus nisi de medio babilonis esse fugiendum quanto enim in hec yma maiozem potestatem demonum videmus. tanto tenacius mediatozi inherendum. per quem de ymis ad summa conscendimus. Nam cum essemus in italia audiebam? talia de quadam regione illarū partium. vbi stabularias mulieres imbutas his artibus in caseo dare solere dicebant quibus vellent. seu possent viatoribus vnde in iumenta illico verteretur z necessaria queq; portarent. postq; perfuncta opera ad se redirent. nec in eis vitam bestialem fieri. sed rationalem seruari. **Hec angustinus Sigmundus** Hic angustinus loquitur d' audito alieno dicens se a quibusda recitatoribus audiuisse. vnde dictum augustini in hoc nihil concludit quia testis de auditu alieno loquens non p/ bar. **Ulricus** Sapienter loqueris. attamen audiam? p/ in quiora. **Vincentius** in speculo naturali libro tercio. c. .cix. refert cuius verba hec. refert guilhelmus malmesberie sis monachus in historia sua. q' tempore petri damiani fuerunt due vetule instrata publica quae augustinus appellat stabularias id est transeuntes ad hospicia pro mercede suscipientes. Nam stabularium p/ie hospiciū venale z publicum dicitur. hec vno comorantes tugurio. vno quoq; imbuta maleficio: hospitem si quando superueniebat solus in equum vel suam vl' asinum mutabant. z mercatoribus vendentes precium habebant. Quadam die iuuenem histrioticis gestibus victum exigentem hospicio susceperunt. susceperuntq; asinum fecerunt. multum inde lucrantes per asinum scilicet qui miraculo gestium destinabat transeuntes. Nam quocunq; modo anus precepisset movebatur. Non em̄ miserat intellectum sed loquelam multum inde questū confluauerant vetule. Audiens hoc vicinus diues. asinum em̄it magno precio. Dicitum quoq; est ei ab illis vetulis vt custodirēt eum. ne in aquam intraret seruatufq; asinus diu

15  
ab aqua. tandem in cautiozem nactus custodiam in lacum  
proximum se proiecit z ibi se diu volutans asininam figurā  
perdidit. ppriamq; recepit. Cuiq; custos eius scissitaretur  
ab eodem obuiō. si asinum vidisset ille se esse dixit famulus  
ad dominum reculit dominus apostolicum leonem viruz  
seculo sanctissimum. Conuicte anus idem fatentur. Dubi-  
tantes papā confirmavit petrus damianus vir eruditissim⁹  
producto exemplo de symone mago qui faustianū videri se  
cit in figura symonis. Et ecce ergo q; petrus damianus vir z  
doctor magne auctoritatis apud papam conclusit hoc fieri  
potuisse Sigmundus Tantis historijsz auctoritati  
bus me impellis vt nesciam quozum tandem me vertam.  
Ulricus In fine latius sequamur de hoc.

**U**trū proficiscantur ad puinia  
super baculū vel lupū equitādo

Bibi. Jag.

b z



**Sigmundus.** Alterius quero vtrum super baculus  
pinguedine quadam vinctū. aut super lupum vel aliud ani-  
mal possint tales mulieres maledicte equitare. Et an dyabo-  
lus possit eas deferre de loco ad locum vt bibant z conuiuia  
celebrent. seq; mutuo cognoscant atq; delectentur. **Ulri-  
cus.** Audienda est tua opinio benigne archidur. **Si-  
gmundus.** Nouimus q; dyabolus spiritus est incorpo-  
ralis qui nō habet manus neq; pedes nec etiā alas. qui etiā  
nōn cōmensuratur loco. quomodo igitur homines qui cor-  
poris est portare possent. **Lunradus** forte spiritus in-  
greditur aliqua corpora z assumūt sibi talia ad opus illud  
qđ facere volunt apta. atq; tunc in illis corporibus efficiūt  
id qđ volunt. Nam in sacra scriptura legimus Daniel. vl-  
timo. q; angelus domini apprehendit abacuck in vertice ei⁹  
z portauit eum in capillo capitis sui. z posuit eum in babi-  
lonem. Ecce quis angeli spūs sint. z non habeant manus  
neq; pedes. tamen pcludendū est q; angelus corpus assu-  
pserit quo abacuck capillis tenere z portare potuit. Sic ac-  
tū aploz. viij. legitur. q; spūs domini rapuit philippū. z in-  
uentus est in azoto. **Sigmundus** Hoc in spiritibus z  
angelis bonis possit concedi in quibus maior est potestas  
**Ulricus.** Loquamur ergo de malis z sic de dyabolo  
Nam in legenda sancti iacobi legitur q; dyabolus herm o-  
ginem constrinxit z ligatis manibus z pedibus eundem ad  
sanctum iacobum detulit. **Lunradus.** Referam autē  
ego q; temporibus nostris quib; adhuc iuuenes z mutuo i-  
scientijs humanitatis constudētes fuimus accidit. ante em̄  
lapsū multoz annoz vidi ego in iudicio prouinciali ci-  
uitatis Constantiensis duos mutuo litigātes vbi accusator  
in forma iuris seni scribens contra quendā rusticum quem  
maleficum asseruit actionem proposuit. quo modo idem ru-  
sticus super lupuz quendū equitans obuam accusator ve-  
neri quo obuante ipse accusator subito cōtractus z mem-  
bris lāquidis factus fuerit. itaq; rogāte eo maleficū vt sani-

tatem sibi restitueret annuerit maleficus qui abiens rem a  
liquantulū ipis tacitus p̄tinuit. Verū q̄ idem rusticus e/  
tiaz alijs suo maleficio damna intulisse dicebat. vñ tandem  
accusator eundē publice in figura iudicij accusauit. Si  
gmūdus. Quid ad hmōi accusationē rusticus respōdit.

Lunradus negauit ille Sigmundus. ad tortu/  
ram fuit neposius Lunradus. Nō Sigmundus.

Quō igitur conuinci potuit Lunradus p̄ testes  
Sigmundus. Quid deposuerūt testes Lunrad?

Ip̄m talia facere sciuisse Sigmundus. Scire namq̄ re  
prehēdi non pōt cū iuxta aristotilem oēs hoies naturaliter  
scire desiderāt Lunradus Sibi uerūt nāq̄ testes eū  
dem rusticū non solū talia facere sciuisse. sed etiaz fecisse.

Sigmundus Quā nāq̄ cām dicti allegarūt testes  
Lunradus. Asseruerūt p̄ eorūdem iuramenta publice

p̄sura qd̄ ip̄e rusticus maleficus etiā ip̄os testes in cōpe et  
reb̄ dānificauerit. Sigmundus Datus ne fuerat ip̄  
si accusato orator ad defendendū. Ulrichus Atego ra  
li iudicio affui z illud cū granitate maturitate fieri uidi. ip̄  
sas etiam p̄tes duos magne eloq̄ntie viros p̄locutores ha/  
buisse m̄mini Sigmūdus Qui nāq̄ hū fuerūt Ulri  
cus Lunradum quondā schatz p̄rem n̄ri cōdisputātis. ac  
Ulricū quondā blarer n̄re ciuitatis p̄tores. viros rememora  
tōne dignos p̄ oratoribus habuerūt. Sigmūdus No  
ni illos z prudētes sensui. Lunradus Ordinario itaq̄  
iudicio ex dictis testiū ip̄m accusatū conuictū condēnari cō  
denatūq̄ cōcremari uidi. Sigmūdus Questio iste a  
liam etiam particulā cōtinet uidelicet. q̄ hmōi mulieres qm̄  
q̄ cōueniant. mutuoq̄ p̄fabulent̄. z bibāt z se inuicē aḡscant

Lunradus Sic fieri solere vulgus clamat ip̄e q̄ mulie  
res talia consuetur. z p̄p̄n̄ qua iudicia cōfessionis assignāt

Sigmūdus. Nōne ait canon in ca. epi. xxvi. q. v. vbi  
retrus. Illud etiam non omittendū est q̄ quedam mulieres  
feclerate retro post satbanam cōuerse demonū illusionibus





*Legende*

Lunradus Nemo dubitat quin dyabolus in forma hominis apparere possit. Nam in legenda sancti Martini legitur. qd cum martinus mediolanu preterisset. Dyabolus in humana specie sibi obuius fuit. Sic in legenda sancti anthoni legitur qd dyabolus in specie pueri nigri prostratus apparuit. Item in legenda sancti eulogii legitur qd dyabolus in specie pulchre mulieris eundem apud fabricam suam alloquebatur. De saluatore quoq; nostro. Marbei. iiii. legit qd assumpsit eum dyabolus: et statuit eum super pinnaculum templi etc. Unde in hanc partem assentio: qd dyabolus in specie humana possit cum hominibus apparere. et cum eis conuersari. Legitur enim qd plato demone domestico quasi famulo usus sit. Sigmundus Sed quid de alia parte questionis an demones possint cum talibus mulieribus dormire et coire cum eisdem. Lunradus. Hoc namq; mulieres confitentur qd incubo commisceantur. et quasi ab amatoribus tractentur. Sigmundus Vana mulierum opinio multa garrulat: que vera fore putat. Lunradus Profecto quandoq; perseverant in huiusmodi eorum confessione. etiam cum ad mortem ducuntur: et nihil aliud vident qm mori undum esse. Verum tamen audiamus gesta aliorum magis auctorisabilia. Legitur enim historia sancti bernardi qd quidam demon siue incubus pluribus annis cum quadam muliere dormiuit. etiam marito mulieris in eodem lecto commorante attamen hoc nephas ignorante. Itaq; tandem mulier penitentia ducta volens deinceps licentare et repellere incubum verum non potuit. Unde beato bernardo conquerens qui ipsum demonem ardentibus candelis extirpauit. Ac ut sic eundem a dicta muliere effugauit Item beatus augustinus in quindecimo libro de ciuitate dei ait. creberrima fama est multiq; experti sunt. vel ab illis qui expertos se audisse affirmant. siluanos atq; faunos quos vulgo incubos vocant imbrobos sepe mulieribus extirpsisse. et earum appetisse et pergissee concubium. Item in historijs arcturi regis byzantie

*Plato vsus est demone domestico quasi famulo*

*non*

sepius leguntur huiusmodi accidisse. **Sigmundus**  
Quid igitur responderetur ad auctoritatem cassiani qui ait  
Nullo ergo modo credendum est spirituales naturas cum  
feminis carnaliter coire posse. Nam si hoc aliquando posset  
fieri. quomodo nunc vel nunquam raro videremus aliquos  
ex eorum concubitu de mulieribus absque viri semine nasci.  
cum presertim constet eas libidinis sordibus ad modum dele  
ctari. quas procul dubio. per semetipsas potius quam homi  
nibus exercere mallerent. Si illud villo modo effici posset.  
Hec ille. **Ulricus** Hec auctoritas inducit nos ad a  
liam questionem: an videlicet ex coitu demonum cum muli  
eribus patrato possit nasci puer.

## **An ex coitu demonum cum muli eribus patrato possit nasci puer.**

**Lunradus** Tritum est sermone proverbium ex hu  
iusmodi concubito filios natos esse. quos vulgus abiectos  
nominat. qui etiam alamanico ydeomate wechselbalch ap  
pellantur. vnde fabulatur a quadam melesina incuba. que  
cuidam comiti adhesisse dicitur. pluresque filios ex ea natos  
fuisse. At vnumqueque huiusmodi filiorum aliquid prodigij  
in membris habuisse. Illum namque tres oculos. alium den  
tes aprinos contraxisse fama est. **Sigmundus** Fabu  
la hec ab incerto autore orta fidem non facit. **Lunradus**  
Apud vincenium in libro historiali. xxi. li. ca. xxx. narra  
tur quod wortigernus rex consilio invito cum sapientibus quod a  
gere deberet ad sui tutamen. consilio autem capto iussit con  
ueniri artifices. ut ei turrim fortissimam construerent. sed cum opa e  
orum tellus absorberet. suatum est regi ut hostem sine prece quaer  
eret et eius sanguine lapides et cementum aspergi preciperet quasi hoc fa  
cto cementum stare potuisset. inuenit igitur adulescentes cui nomen erat

14  
merlinus. qui cū matre sua adducitur corā rege. que p̄fessa  
est de spiritu in specie hominis illū concepisse. Merlin⁹ au-  
tem multa obscura reuelavit. multa predixit futura. Aperu-  
it enim sub fundamento esse lacuz. sub lacu duos latere ora-  
cones. quorum vnus rubeus populū britonū. alter ve-  
ro albus. saxonū designaret. ⁊ quis in conflictu suo alteruz  
vinceret predixit. ⁊ aureliū ambrosiū deuictō Hengisto ⁊ cō-  
busto wortigerno regnaturum. Ex illa eñ hystoria habes  
merlinum ex incubo dyabolum genitum. Itē ⁊ de illo mer-  
lino beatus Augustinus ⁊ ceteri doctores faciunt mentio-  
nem. Sigmundus. Quid igitur sentiunt de merlino  
doctores. Ulrichus. Prope finem tractatus latius ex-  
plicabitur nunc de illa particula incuborum amplius pro-  
grediamur. Glosa ordinaria super sexto capitulo. Gen. po-  
li. vbi textus ait. Gigantes autem erant super terram in die-  
bus illis. postq̄ enim ingressi sunt filiū dī ad filias hominū  
illeq̄ genuerunt isti sunt potentes a seculo ⁊ viri famosi. hec  
textus Glosa autē desuper dicit. Non est incredibile ab ho-  
minibus non ab angelis vel quibusdam demonibus. qui  
mulieribus sunt improbi eiusmodi homines esse procreas-  
tos. qui post diluuium corpora non solum virorum sed et  
mulierum in credibili magnitudine exriterunt. hec glosa.

Sigmundus Mirabilis hec foret glosa. Si dyabol⁹  
posset procurare pueros. Ulrichus. Iosephus iudeorū  
nobilis p̄nceps vir vtiq̄ multarū rerum disertus. quem  
etiā hieronimus laudibus effert. hoc idem sup illū passum  
scribēs asserit illos ex cubitu spūum incuboz cū mulierib⁹  
patrato natos fuisse. Eunnradus Adducā etōm p̄prin-  
cipales hystorias Sanfridus anebiosidorus scribit prout eū-  
dem Vincentius in naturali libro tercio recitat. dicens q̄  
modo quidam decanus sacerdotum cum sorore ducis bur-  
gundie regi cicilero gerio desponsata aliquamdiu regnum  
est inhabitans ibi certissime comparit. quod narrabat lu-  
menis quidam strenuus. ⁊ natandi arte peritus circa cred-

pusculum noctis lucente luna in mari balneans mulierem  
post se narrantes per crines apprehendit. tanq̄ vnum ex soci  
is qui eum vellet mergere. eaq̄ alloquens nullum verbum  
extorquere potuit. opertaq̄ pallio in domū eam duxit. z tā  
dem in vxorem solenniter accepit Incepit aliquando a  
socio quodā q̄ fantasma accepisset. expauescens eripuit gla  
dium minatus est in conspectu eiusdem mulieris filiū quē  
ex ea susceperat interfecturum: nisi illa loqueretur z diceret  
vnde esset. Que ve inquit tibi misero vtilem p̄dis vxorem.  
dum me cogis effari. Tecum essem. z tibi bene foret si in iū  
ctum mihi silentiū tenere permisisses. Hunc autē de inceps  
me non videbis et mox euanuit. Puer autem creuit. z mari  
num balneum frequentare cepit. Tandem vna dierum fan  
tastica illa mulier coram multis eundem puerū in eisdē flu  
cibus occurrentem rapuit quē si verus fuisset mare ad li  
tus expellere debuisset. hec ille. **Sigmundus** Fuit igit̄  
tur ne talis puer verus vel fantasticus **Lunradus** Ex  
historia deprehenditur. q̄ talis puer comedit bibit ambula  
bat. z multis annis educatus fuit. **Ulricus** Pro quo  
merlinus z hic puer habitū fuerint. p̄ finem enudam? nūc  
interim ad alias huiusce rei historias pergam?. **Sigmū  
dus** Perge igitur. **Lunradus** Helimandus quar  
to libro quem vincentius refert pariter narrat cuius verba  
hec sunt. in coloniensi dyocesi famosum z immane pallati  
um reni fluminis supeminet. quod iuuamen nuncupatur  
vbi pluribus olim congregatis principibus improuiso ad  
uenit nauicla. q̄m collo alligatam cignus traherat argen  
tea casbena. Exinde mules nouus z incognitus om̄ib⁹ exi  
ijt. Et cignus nauem reduxit. Miles postea vxores duxit  
z liberos procreauit Tandē in eodem pallatio residens z ci  
gnum inspiciens aduentantem cum eadem nauicula z cas  
thena statim in nauem se recepit z vterius non cōparuit p̄  
genes autē eius vsq̄ hodie perseuerat. hec helimandus.

**Sigmundus** Quāq̄ huiusmodi historiarū autores

15  
graues sint. graue tamen non minus est credere talia facta  
fuisse z si facta. quō talia intelligenda veniant. Etē qz dic  
te in fine hmoi dubia pro tua capacitate resoluerē quantus  
posses velle: ideo ad vltiorem quēstionē p̄gredior. Videli  
cet vtrum strige z malefice possint futura predicere z secreta  
principū cōsilia reuelare. **Lunradus.** Audiuimus q  
merlinus multa futura predixit que etiam facta sunt prout  
ex hystorijs deprehendim⁹. Itē nōne balaaz vt testatur scri  
ptura ariolus fuit. z tū multa futura predixit. Itē nōne dya  
bolus in specie samuelis ad puocationem phironice mulie  
ris predixit saul z omnē eius familiā in bello casuruz qd̄ fa  
ctum fuit vt dicitur regū. i. Cecidit em̄ saul z Ionathas fili⁹  
eius z familia sua in bello z mortui sunt. **Sigmundus.**

Nonne futurorum cognitor solus est deus secretorūqz in  
spector qui est prima causa z primus motor omnium. **Ul  
ricus.** Est nanqz sed nihilominus tamen dyabolus futu  
ra predicere potest. Videmus enim qz medici z astrologi z a  
lij sapientes homines sepe futura prenosticant. **Sigmun  
dus.** Quāuis futura predicunt. tamen non est necesse. vt  
ita euentiant vnde necessario futura predicendo non conclu  
dunt. **Ulricus.** Recte arguis colendissime domie pu  
ceps quia omnia sunt in potestate dei cuius nemo est con  
siliarius nisi ipse sibi. **Sigmundus.** Vellem enim scire q  
modo dyabolus futura predicere potest. **Ulricus.** Au  
di verba beati augustini in decreto posita: in capitulo. scie  
dum. xxxvi. q. iij. vbi textus. Sciendum est hanc esse natu  
ram demonū vt aerij corporis sensus terrenorum corporū  
sensum facile precedant celeritate. et propter aerij corporis  
superiorem mobilitatem. non solum cursus quorūlibet ho  
minum vel ferarum. verum etiam volatus autum incompa  
rabiliter vincunt. quibus duabus rebus quantum ad ae  
rem corpus atinet predicī. hoc est acrimonia sensus z celeri  
tate motus. multa ante cogitata pronunciant. que homines  
pro sensu terreni tarditate mirentur. Accessit z demonib⁹

per tam longum tempus. quo eorum vita prehenditur rerum longior experientia. quam potest hominibus propter breuitatem vite puenire. per has efficacias. quae aeris corporis naturae sortita est. non solum multa futura predicunt demones verum etiam multa faciunt. que quam homines dicere aut facere non possunt: eos dignos quibus seruiant. et quibus honores diuinos deferant arbitrantur. intelligente maxime vicio curiositatis propter amorem felicitatis false atque terrene. et excellentie temporalis. Nunc quod de diuinatione demonum questio est. Primum sciendum est illos ea plerumque pronuntiare que ipsi facuri sunt. Accipiunt enim sepe peccata et morbos immittere et ipsam aerem vitando morbidum reddere et pueris et amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere de quorum moribus certati sunt. quod eis talia suadentibus consensuri sunt. Suadentibus miris et inuisibilibus modis. per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando. et se cogitationibus eorum per quamdam ymaginaria iussa miscendo. siue vigilantium siue dormientium. Aliquando autem nonnumquam ipsi faciunt. Sed que naturalibus signis futura prenoscunt: que in hominum sensum venire non possunt ante predicunt. neque enim quod preuidet medicus: quod preuidere nescit huius artis ignarus Ido tamen diuinus habendus est. Quid autem mirum. Si que admodum ille corporis humani perturbata vel mortificata temperie seu bonas seu malas futuras preuidet validudines. Sic demones in aeris affectu sibi notis. nobis ignotas futuras preuident tempestates. Aliquando etiam hominum dispositiones non solum voce prolatas. verum etiam cogitatione cum signis quedam ex animo exprimuntur. in corpore tota facilitate predicunt atque hinc etiam multa futura pronuntiant alijs videlicet mira que ista disposita ignorarunt. De augustinus. Sigmundus Est igitur ne ipsi credendum. Ulricus prius non Sigmundus Quare Ulricus. quam ipsi etiam demones quamque fallunt et etiam homines fallunt et decipiunt Sigmundus. Da exemplum ubi fallitur Ulricus Legit in legenda

*ubi fallunt et fallunt*

16

sanctorum symonis et iude. quod cum wardach princeps regis  
babiloniorum aduersus regem in eorum bello decertare vellet.  
magos et ariolos consuluit. ut super euentu belli. responsa ab  
ydolis et demonibus reciperet. ac demones responderunt pre-  
dixerunt grande bellum futurum fore. et ex utraque parte interfici per-  
liantes. Postquam itaque wardach hec audiuit in tristitiam in-  
cidit. Apostolis autem Symonis et iuda in risu exercitatis  
ait dux me timor inuasit. vos autem redetis. Dicunt apostoli cesset ti-  
mor tuus: nobiscum pax intrauit istam puinciam. hodie inter-  
mitte profectionem. et cras hora tertia veniet. quos premisit  
cum legatis indorum qui pace vestra ad quascunque conditiones  
gratanter consentientes pacem firmissimum stabilient. Simi-  
modo ariolam fecerunt dicentes duci. Noli domine hominibus  
illis credere mendacibus aduentis et ignotis quibus aliquando  
loquuntur ne exploratores teneantur. Isti domini qui nunquam  
fallunt: dederunt tibi responsum. ut cautus et sollicitus sis.  
quid multa crastino die venerunt nuntii qui missi fuerant et  
nunciaverunt ita esse prout apostoli dixerunt. Ecce quod demo-  
nes falsi extiterunt: et mendacia predixerunt. et proculdubio ipsi  
demones. si potuissent. et sciuissent libenter vera responsa de-  
dissent. cum illud mendacium eisdem demonibus in preiudicium  
terendit. Sed quia futura ignorabant. ideo seipos se-  
fellerunt. Sic itaque habes quod etiam ipsi demones met fallun-  
tur. Sed istud notandum est: quod cum ipsi demones dubi-  
tant de euentu eorum que predicunt. quid igitur faciunt cum  
dubitant. ait. Augustinus in dicto capitulo sciendum Sed  
ne inquit apud cultores suos pondus auctoritatis amittat  
id agunt ut interpretibus suis signorum suorum coniectatori-  
bus culpa tribuatur. quando ipsi decepti fuerint vel mentiti  
Hec Augustinus. Sigmundus. Bone exemplum  
Ulricus Legitur de quodam principe qui aduersus  
romanos pugnare volens deos suos. id est demones et ari-  
olos super victoria consuluit qui euentum belli ignorantes  
ut in aliquid responderent ne futura ignorare arbitrarerur.

dixerunt romanos te vincere certum habe. potest aut accu-  
satus ille te varijs modis construi. ita si ipse dicit romanos  
victis et consoni responsioni fuisse. Si vero a romanis vi-  
ctus fuisse responsioni imputari demonibus non potuiss  
Unde igitur ambigua obscuritate responsa solent dare.  
Item sepe etiam pro sua eorum voluntate fallunt et menda-  
cia dicunt. quoniam pleni sunt inuidia. et gaudent dum ho-  
mines in errorem mittunt et decipiunt. Unde periculosum e-  
isdem credere. quoniam nescit homo. quando ipsi fallunt  
vel fallere pro eorum consuetudine nos volunt. Sic itaque ele-  
mentissime princeps habes quando ipsi secreta scire et futu-  
ra predicere possunt. Et quod fides in eorum dictis ponenda non  
est. quia in eis non est veritas. Sigmundus. Satis  
iam satis dubiorum nostrorum occasione vos hinc inde alle-  
gantes audiuimus. nunc nostri oppositi mens finem deter-  
minationis appetit. quid igitur tu sentias placet ut detegas  
Ulricus Que igitur dubia resolui cupis.

An possint prouocare demo-  
nes grandines et tonitrua.



**Sigmundus.** Utrum igitur demones & homines ministerio demonum possint turbare aerem prouocare gradines nocere terre atq; hominibus morbosq; inferre. et seu hominem sterilem facere. **Ulricus.** Dico q non possunt: nisi quando. et quibus. ac in quantum. a deo ex causa maiestatem suam mouente eisdem conceditur. **Sigmundus** Super quo fundas hanc conclusionem **Ulricus** Super prius deductis. Insuper iohanes damascenus li. ij. ait. non habet demones virtutes aduersus aliquem nisi a deo dispensante concedatur. sicut in iob. 2 in porcis permissione vero dei facta. & fortitudinem hnt. & transmuntur. & transfigurantur in quacumq; volunt figuram fm ymaginem id est fantasiam. Item Gregorius in dyalogo. libro ij. ait. absq; omnipotentis dei concessione nullam habet potestatem contra hominem malignus spiritus. qui etiam in porcos transire non potuit. nisi permissus. **Sigmundus.** Quid est hoc dicere in porcos transire non potuit.

**Ulricus** In euangelio legitur q cum christus demoniacum curasset. & multas legiones demonum ab eo eiecisset. petierunt demones licentiam a domino vt porcos ingredi possent. qua data intrauerunt porcos & mare irruerunt. Ecce q demones non audebant porcos intrare. et eos molestare. nisi prius a deo obrenta licentia. **Sigmundus**

Lognosco itaq; quod cum eisdem a deo permissum fuerit. q ex tunc nocere possunt. **Ulricus** Recte cognoscis. vnde ait Hieronimus super psalmum. xxxij. Itaq; de quibusdam in psalmo dicitur. fiat angelus domini. persequens eos id est dyabolus. seu spiritus malus. quia dominus creauit illum. & in sua habet potestate. Ecce ex hoc habes q sepe deus concedit dyabolo vt persequatur homines. Item beatus Augustinus de diuinatione demonum. a. it. accipiunt autem sepe potestatem. et morbos immittere & aerem viciando morbiduz. reddere. & peruersis malefacta sua

18

dere. Nam beatus Augustinus in libro de trinitate. iij. ase  
Et ineffabili autem dei potentatu sic q̄ possent mali angeli  
si permitterentur. ideo vero non possunt. quia non permit  
tuntur. Sigmundus Cum autem demonibus talia  
facere a deo permittitur. possunt ne tunc pro eorum libito fa  
cere. quantum volunt. Ulricus Non nisi tantum. q̄n  
tum eis facere permittitur. et ideo augustinus eodem loco in  
libro tercio de trinitate ait. ideo non possunt. quia non per  
mittuntur. Subiungit etiam dicens. neq̄ enim alia occur  
rit ratio: cur magi non potuerunt facere ciniphes. qui ra  
nas serpentesq̄ fecerunt nisi quia maior aderat prohibētia  
dei dominatio. per spiritum sanctum. qd̄ etiam magi confes  
si sunt dicētes. digitus dei est hic r̄c̄ prout. Exo. capitu. viij.  
dicitur. Unde Johannes crisostomus super Matheum  
libro primo ait. homines autem non quantum vult tēptat  
dyabolus. quoniam quantum ad se nunquam cessaret a tē  
ptatione. neq̄ enim habet alium actum. non enim manda  
cat: nec dormit: nec aliud operatur. nisi ut tentet: fallat. et sub  
uertat. hic cibus illius est. Ecce ergo q̄ Johannes Chriso  
stomus dicit non quantum vult r̄c̄. temptat r̄c̄. Unde in li  
bro secūdo sententiarum distinct. vij. Petrus lumbardus  
ait. Demonum autem scientia ac virtute exercentur etiam ar  
tes magice quibus tamen t̄z potestas q̄m scientia a deo da  
ta est. vel ad fallendum fallaces sicut egyptios. et etiam in ip  
sos magos data est. ut eorundem spirituum operatione vi  
derentur admirandi. a quibus erant damnandi. vel admo  
nendum fideles. ne tale quid facere pro magno desiderent.  
vel ad exercendum seu probandum iustorum patientiam.  
Nec putandum est demonibus hanc rerum visibilibus ma  
teriam ad nutum seruire. s̄ deo potius. a quo hec potestas  
datur. Sigmundus. Nunc si possibile foret de  
ducere. cuperem scire quando deus gloriosus demonibus  
concedat et permittat nocere terre et hominibus. ac subuer

tere aerem. & aquas & cetera. **Ulricus.** Grauis est hec  
questio. quis enim nouit dei uoluntatem. vñ clamauit aposto-  
lus paulus ad romanos. xi. *Altitudo diuitiarum sapien-  
tie & scientie dei. qm̄ incōprehensibilia sunt iudicia dī & inue-  
stigabiles uie eius. quis enim cognouit sensum domini. aut  
quis consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi & retribu-  
etur ei.* **Sigmūsus.** Et si arcana cuncta dei inue-  
stigare non liceat. loquamur tamen quantum nobis ab al-  
to de gratia conceditur. **Ulricus.** Dico itaq; q̄ sepe nu-  
mero aeris perturbationē tempestates tonitrua & alia absq;  
ministerio demonum posse fieri. ex dispositōne naturali pla-  
netarumq; motu. diuina bonitate astra cursus suos agere  
permittente. & de illis causis satis philoſophi tractant. pro-  
ut areſtoteles in libris meteororum scribit. **Sigmundus.**

De hoc non est dubium: quin naturali motu talia fieri  
possint. Sed questio est quando dyabolo concedatur hec  
faciendi potestas. **Ulricus.** Misericordissimus do-  
minus deus qui singula sua piſsima prouidentia ob uili-  
tatem hominum disponit. quandoq; talia permittit. in pe-  
nam correctionis in peccatorum. quandoq; in tentationes  
augmentandorum meritorum. quandoq; in prodigium fu-  
ture gratiarum actionis. **Sigmūsus.** Quomodo igitur  
deus peccata in hoc punit. **Ulricus.** Quandoq;  
ſcienter. quandoq; ignoranter. **Sigmundus.** Quō-  
ſcienter. **Ulricus.** Ut cum homines puniuntur mani-  
feste: ſcienter aspiciūt propter delicta se punitos fuiffe. Sic  
cognouerunt homines in ſodome & gomorre subuersione.  
ſe ob peccata eorum punitos fuiffe. Sic etiam cum cūctis  
uidētib; abyron & datan terra absorbit. **Sigmūsus.**  
Sed quomodo ignoranter. **Ulricus.** Hic punitus  
respicit presentem materiam. ignoranter itaq; quandoq; de-  
us punit peccatum per angelum. quandoq; per hominem.  
q̄q; per dyabolum. **Sigmundus.** Prebe ubi per an-  
gelum correxerit. **Ulricus.** Dicitur enim *Iſaie. xxxviii.*

cum Sennacherib venisset ad obsidendum hierusalē egressus est angelus dñi ⁊ percussit in castris centum ⁊ octuaginta quinq; milia viroꝝ. ecce itaq; quod deus per angelū suū puniuit superbiam assirioꝝ tot milia eorundem occidendo. Sic etiam duriciam pharaonis ⁊ egiptioꝝ puniuit per angelum omnia primogenita egipti interficiendo.

**Sigismundus.** Quomodo autem punit per homines

**Ulricus.** Exempla plura habes in capitulo remittuntur xxiiij. q. v. in. ver. hinc notandum ⁊c. Itaq; populus hebreoꝝ per Nabuchodonosor. Item per antiochum. Item per Titum ⁊ vespasianum punitus est. ⁊c. Dicit enim ibi textus. Assur id est Sennacherib. erat virga furoris domini quia per eū innumeras gentes diuina iusticia flagellare disposuit. Sic attila rex hymoꝝ flagellum dei sese noiauit. Itē subiungit textus. ipse vero Assur non cognouit quia in superbiā elatus victoriā quam assecutus fuerat. non diuine potentie. sed suis viribus attribuit. Unde contra eū superbiā loquitur dominus. nunquid gloriabitur serra contra eum qui fecat. aut exaltabitur securis contra eum q̄ cedit in ea. Hec textus in ca. dicto capitulo remittuntur. xxiiij. q. v.

**Sigismundus.** Hic ad terciā speciem scilicet quomodo per dyabolū punit. **Ulricus.** Et hec ad materiam facit. Audiuimus em̄ supra in psalmo supra propheta dicentem. fiat angelus domini id est diabolus persequens eos ⁊c. cum alijs enumeratis auctoritatibus ⁊ ita affligitur quandoq; peccator in corpore. quandoq; in rebus. in corpore videmus torqueri energuminos demoniacos ⁊ obsessos. Sic etiam videmus propter peccata multas infirmitates homines contrahere. Et ideo dixit textus in capitulo cum infirmitas de pen. ⁊ remissi. vbi ait. cum infirmitas corporalis nonnunq; ex peccato proueniat dicente domino languit do quez sanauerat. vade ⁊ noli amplius peccare. ne deterius aliquid contingat. presenti decreto statuimus ⁊ precipim⁹ medicis corporum. vt cuꝝ eꝝ ad infirmos vocari cōgerit.

iplos ante omnia moneant et inducant ut medicos animarum  
aduocent ut postquam fuerit homini de spiritali remedio pro-  
nissum. ad corporalis medicine remedium salubrius proces-  
dat. cum cessante causa cesset effectus et hec tex. Exemplum  
habes de Nabucho donosor rege babiloniorum qui propter pec-  
catus superbie tantis calamitatibus mentis et corporis af-  
fectus fuit. ut quadrupes incederet bouem se fore arbitratum  
gramina comedisse dicitur et. Unde succedit tex. in capitulo  
lo. Si per sorciarias. xxxiiij. q. p. ubi tex. Si per sorciarias  
atque maleficas artes occulto. Sed nunquam in iusto dei iudicio  
permittente et dyabolo preparante concubitus non se-  
quitur et. Ecce canonem determinare quod occulto dei iudi-  
cio. procurante dyabolo homo maleficiari potest. Et sic habes quod  
deus inferendis penis utitur dyabolo pro ministro. Si-  
gmundus. Quomodo igitur malefice mulieres asserunt  
et credant se ipsas talia facere videlicet turbare aerem. pec-  
care rare tempestates. morbos inferre hominibus. Ulricus  
Ipse dum taxat pro earundem stulticia se talia facere cre-  
dunt. et tamen sua credulitate decipiuntur. Sigmundus  
ut quomodo. Ulricus. Nam cum ut dyabolus ex  
motu elementorum cognoscit mutationem aeris et tempesta-  
tes fieri debere. quas tamen ipse dyabolus ut supra diximus  
facilius et citius quam homo prescire poterit. Vel cum diuina  
permissione aliqua plaga et peccatorum correctio: super ter-  
ram iusto dei iudicio cadere debet. cuius quidem plagarum cor-  
rectionis ipse executor diuina prouidentia deputatur. ita ut  
huiusmodi plagam prenoscit futuram. ex tunc commouet me-  
tes huiusmodi maleficarum mulierum. aliquando eisdem  
persuadendo. aliquando ob inuidiam quam tales scelerate  
mulieres aduersus proximum gerunt in vindictam mouen-  
do. easdem sollicitat. quasi ipsas mulieres doceat. hominibus tempestates et  
aeris turbationes prouocare. Sigmundus Quid faciendum  
igitur easdem docet. aut quomodo ipsas instruit. ut ipse mulieres hu-  
iusmodi incommoditates prouocent et suo maleficio perficiant.

20

**Utricus** Cōsulit z docet eas aliquid stultum z fatuū  
facere. Et quod ad huiusmodi factū nihil pertinet. **Sig-**  
**gmundus.** Si stultū. quid igit eas docet. vñ nanq; pro  
uenit. qđ postq; mulieres huiusmodi documenta sequunt̃  
pearundē voluntate tales tēpestates succedunt: z eueniunt.

**Utricus.** Ecce cū diabolus preuidit vel ex cursu natu  
re z elementoz. vel ex pmissione diuina sup aliquā terrā pla  
gam insigere debere sibiq; potestate faciendī concessam esse.  
z sic huiusmodi euentū alias futurum fore nihilominus ta  
men vt mulieres huiusmode scelerate credāt se ex doctrina  
dyaboli talia efficere. dyabolus instruit easdem vt quādo  
q; accipiant lapides silicis. z versus occidentem post tergū  
proñciant. aliquādo vt arenas aque torrentis in aerem pro  
ñciant. aliquādo q; in vna olla pilos porcorū buliant. aliquñ  
q; trabes vel ligna in ripas transversaliter collocent. z sic de  
alijs fatuitatibus. z tamen talibus faciendis cōmuniter dy  
abolus prefigit eis diem z horam. vñ fatue huiusmodi mu  
lieres dyaboli doctrine credentes: talia z alia his similia fa  
ciunt. Itaq; postq; ipse talia fecerūt. at succedentibus tempe  
statibus gradinibus z alijs incōmoditatibus quas dyabo  
lus alias i tali tempore nouit. vt premissum est. pro futuras  
ex tunc credūt ille scelerate fatue mulieres enētus huiusmo  
di ex facto eoz processisse. cum tamen talia eoz facta nō pos  
sent vnicam guttam prouocare. verum ex post ipse huiusmo  
di mulieres gratificantur dyabolo adorantes eum z imo  
lantes ei. ac olocan stomata vel quid aliud eidem offerentes  
Nam quis tam ebes mentis est. qui credere possit. q; ex hu  
iusmodi fatuitate z mulierū stulta operatōe. vna tam immē  
sa spera aeris z alia elementa deberent cōmoueri in tantum  
vt grandines z fulmina prouocarentur. **Sigmūndus**

Sed quid ad hoc dicis videmus nanq; vnam totam se  
pe terram periclitari. in qua non omnes homines delique  
runt. **Utricus.** Sepe iustus perit cum impio. Sicez  
tiam quis punitur pro alio. Nam genesis tercio legitur. qđ

dum Sodoma et Gomorra propter peccatum submersae fue-  
runt. certe pariter alie ciuitates cum eis perierunt propter vi-  
cinitatem vt Segor et Jeger. et tamen hec ciuitates non pec-  
cauerunt. Sic regum secundo videmus dum David coram  
domino populum numerando peccasset. quod propter pecca-  
tum David. et sicinius hominis multitudo hominum. et sic  
multa milia hominum perierunt et mortui sunt. Cum autem  
legimus deum tam innumeram multitudinem hominum  
percussisse. propter peccatum. numerationis vnus dumtaxat  
at hominis. quomodo igitur puniet dominus populum pro-  
pter grauiora peccata vt puta propter heresim et blasphemias.  
cum autem tales mulieres. vt ait textus in ca. episcopi. xxvi.  
q. v. deum abnegant. et sathane tradunt. dyabolū adorantes  
et sacrificia sibi offerentes. quis dubitat. quin vna tota vil-  
la. in qua tales scelerate mulieres. degunt. et tolerantur. in-  
felicioz esse et huiusmodi ruinam ex diuine maiestatis vltio-  
ne timere habeat. **Sigmundus** Videmus itaque deter-  
minationem duarum causarum quibus dyabolus nouit fu-  
turas tempestates. videlicet causam motus astrozum. et dis-  
positionis naturalis. alteram diuine vltionis seu correctio-  
nis peccatorum. Quid igitur erit cum huiusmodi nocumēta pro-  
bis et iustis hominibus euenerint. **Ulricus.** Posui-  
mus superius etiam alias vias diuine permissionis. vide-  
licet. quod quandoque in temptationem iustorum. ob augmentā-  
dum meritum permittit deus. **Sigmundus** Ostende.  
**Ulricus.** Nonne Job iustus et laudans deum erat. et  
tamen temptauit eum dominus in bonis. agris armētis.  
et gregibus. et exposit in corpore. dando temprandi potestatem  
dyabolo qui etiam. eius grauisimo vlcere percussit et quia in  
his omnibus repertus est Job patiens et humilis. unde apud  
deum meruit. Nonne beatus Antonius heremiticus vir reli-  
giosus et deo amabilis fuit. nonne sepius a dyabolo tempta-  
tus et grauius percussus. donec quasi defecissent. Ac visse  
meritū ampliatū eius fuit. Legitur enim in legēda eiusdes quod

21

Ant hōio in quodaz tumulto latitante multitudo demonū  
cum ita cede variā lacerauit: q̄ minister eius de villa veniēs  
quasi mortuum p̄p̄is humeris ad velle hospiciū reporta  
uit. quo audito conuenerunt vicini. z cum post planctuz fu  
neris media iam nocte dormirent. Anthonius subito reu  
niscens: vocato ministro fecit se in silentio ad tumultum re  
portari. ibiq̄ ex priorū vulnerum dolore prostratus. cum ex  
animi virtute conflictum demonum pronocasset. z statim il  
lis in variās bestiarum formas mutatis ab eoruz dentibus  
cornibus unguibus laceratus fuissz. Subito radins qui  
dam lucis demones z tenebras fugauit. Statimq̄ sanatus  
x̄pm presentem intelligens: dixit. vbi eras iesu bone. vbi e  
ras. quare a principio non affuisti. vt curares vulnera mea  
Et vox ad eum facta. Anthoni inquit. hic eram. Sed expe  
ctabam videre certamen tuū. nunc autem qz viriliter dimi  
casti. in toto orbe te faciā nominari. Hec vincētius in his  
toriali libro. xliij. recitat athanasium notasse. Unō dicitur  
iacobi. i. Beatus vir qui suffert tentatōem. quia cuz proba  
tus fuerit. accipiet coronam vite. Sigmundus. Nūc  
satis habeo. qz ex facto talium mulierum neqz tempestates.  
grandines. seu alia mala fieri posse. Sed dūtaxat. vlex mo  
tu naturali vel permissione diuine bonitatis que vlt in penā  
vel in meritum. ex sua ineffabili pietate talia euenire dyabo  
lorum ministerio permittit. Idcirco placet iter n̄m ad ali  
as quēstiones dirigere.

**Utrū malefici z strige possint  
misterio demonū seip̄os ac ali  
os hoies in alias formas spe  
cierū seu aialium mutare.**

Ulricus. Ex causis. s̄. dicitis p̄nt attamē appenter. z sic:

prestigijs facere. **Sigmundus** Quid nā est prestigium  
Ulricus Ars transformandi formas intra apparenz  
prestigiū d: quasi pstringens oculos put ait Isidorus et hi  
molotariū li. viij. Ita vt ipi demones pstringendo oculos fa  
ciūt apparenziā. qua homo inducat rem alteri<sup>9</sup> forme esse. q̄  
fit. Ita vt quis videns boiem credit eum esse asinum. v'l lu  
pū. z tamē vnusquisq; retinet formā suam. quāq; oculi nri  
decipiūtur z ad aliam speciem erroneo iudicio deducuntur.  
Sic symon magus perstrinxit oculos neronis z carnifices  
qui decollando arietem. credidit se symonem decollasse. in  
oculis suis ministerio dyaboli pstrictis deceptus. Item le  
gitur de scō machario egiptio. heremita prout recitat vin/  
centius li. historiā. xvij. q. cum egiptius quidaz amore ve  
sano aliene vxoris arderet. nec ad effectū cōcupiscentie pue/  
nire posset. eo qd̄ illa virginitatis sue coniugem nimis ama  
ret. z maleficum p̄catus est. vt aut ab ea se amari faceret. aut  
amarito p̄rio repudari qui multis illectus muneribus. so  
lito sue artis ingenio. fecit illam equam videri. Itaq; viret<sup>9</sup>  
turbatus q; equam suo lectulo iacentez videret. ingemiscēs  
stebat. eo qd̄ illam alloquens nullum responsum audire po  
terat. Adductis ergo presbiteris quid illa pateretur ostens  
dit. z nec si quidam calamitatis causam agnouit. Illigataz  
igitur eam in mozem iumenti ad desertum duxit. Cum iaz  
celle sancti macharij p̄inquaret. monachi arguebāt eū cur  
cum equa ad monasterium veniret. Uxor inquit mea hec  
fuit. sed in equam cōuersa. Jam tertia dies est ex quo cibuz  
non sumpsit. Qd̄ cum sancto machario cui iaz deus hoc ip  
sum notum fecerat retulissent. Vos inquit equi estis. z eq̄  
rum oculos habetis. Illa nāq; mulier est: nec in illam natu  
ram transfigurata videtur nisi in eoz oculis. qui prestigij va  
nitate falluntur. Uxor a quam ei benedictam in fundens o  
ratione completa. subito eam omnibus videri feminam se  
cit. eamq; refici iussit. z cum viro suo reuerti dices. Nunq̄ a  
cōmuniōe sanctorū misterioz. neq; ab eccie oratōe discedat

22

Decem idcirco perpeffa est. quia per quinq; septimanas mi-  
steria diuina non attigerat. Ecce igitur q; non omnium oculi  
erant perstricti. q; oculi beati macharij non erant pstricti.

**Sigmundus.** Profecto hec historia multum facit ad p-  
positum. **Ulricus** Erte quadam vice eade re cuz co-  
lendissimo domino ottone ex comitibus d' sonnenberg epi-  
scopo constantiensi qui etiam multarum rerum cognitio-  
nem habet ac litteris pro magno desiderio. intendit dispus-  
tasse. hie eandem historiam in medium attulit que me in ma-  
teria prestigij propter eiusdem etiam domini episcopi aucto-  
ritatem et frequens studium suum. cuius etiam ego humi-  
lis famulus existo et sub clementie eius etiam alio me foueo  
plurimum mouit. **Sigmundus.** Luperem audire  
aliquos modos: quibus apud oculos hominum vna res ap-  
parere pro alia possit **Ulricus** Saluo iudicio melius  
sentientium duos vel tres adducam. scdm q; ego meo igna-  
ro ingenio colligere potui et iuxta mentem beati Thome su-  
per. ij. sententiarum. distin. viij ac aliorum doctorum. videtur  
mibi dici posse. q; vno modo diabolus possit ludificare sen-  
sus nostros ab interiori mouendo fantasmataz similitudi-  
nes rerum existentium in virtute ymaginativa. faciendo e-  
as ad organa sensuum exteriorum defluere. Sicut quando  
q; contingit in somnijs. Nam ex motu fantasmatum in som-  
nijs cum deflura eorum ad organa sensuum exteriorum sicut  
ad oculum vel tympanum in quo fundatur auditus. et sicut  
visus in oculo apparet nobis q; multa videamus atq; audi-  
amus. Ita nobis vigilantibus aliquando nobis apparet.  
q; multa videamus. sicut patet in freneticis et acute febrili-  
tibus et c. Secundo modo ex vehementi conuersione i-  
tentionis ad fantasmata. que facit vt similitudo rei. res ipsa  
videatur. Sicut augustinus dicens. q; quidam tanta con-  
uersione recogitabat cuiusdam mulieris ymaginem. qd ei  
carnaliter comisceri vigilans videbatur Cum igitur demon-  
no ignorat hos modos. dico q; demon possit ita organa sen-

suuz disponere. q̄ vna res apparebit alia. Sicut ex abundā  
tia humoris colerici videt gustui. q̄ omnia sint amara. cum  
tū aliquādo sint dulcia. z ex descensu humoris sanguinei v̄  
vaporū ignei ad oculos. videt nobis que exterius apparent  
sint rubea. Secūdo dico q̄ dyabol⁹ p̄t ita disponere me  
diū. q̄ vna res videbitur alia. z s̄m. sc̄m bonā naturam ali  
q̄ ex dispositione candele p̄ artem confecte palee vident ser  
pentes esse. z h̄mōi exp̄imenta etiam multa fiunt a ioculato  
ribus. Cum autē dyabolus magister sit ioculatoꝝ. nem̄  
dubium q̄n subtilius dyabolus hec operari possit. Itē ali  
quādo nō res sed similitudo rei z figura videt. It̄ aḡ s̄m glo  
sam beati augustini. beatus petrus vidit istud vas submitti  
ti de celo in terram. in quo erant om̄ia quadrupedia. serpe  
tia terre. z volatilia celi. vt d̄r actū ap̄loꝝ. x. que nanc̄ non  
coꝝpora erant. sed ymagines. Eadem visione b̄ndictus to  
tū mūdum vidit. Nam in legenda sua dicitur. q̄ totus mū  
dus velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius ad  
ductus est. ecce q̄ erant rerū ymagines. Exp̄missis itaq̄ in  
ducitur ad alias questiones.

**An super lupuz vel baculū vn  
ctum ad conuiuia veniantz mu  
tuo cōedant z bibant z sibi mu  
tuo loquantur ac se inuicez ag  
noscant.**



**Sigmundus** **Bauderē** etiā opinionē tuā desup audire.  
**Ulricus** *Et p̄dictis cognouisti: quō. q̄nq; in sumno.*  
*q̄nq; i vigilis sit representatio ymaginationū tā fortitū: q; hō*  
*credit se essentialiter hoc vel videre v̄l facere. Audisti etiā q;*  
*dyabol⁹ q̄nq; p̄stringit oculos ⁊ alios sensus hoīm. vt hoīes*  
*autument se hoc vel hoc facere. Et em̄ vt me facius intellige*  
*re possis. introducā historiā in legenda sancti Germani.*  
*dicitur em̄ ibidem. q; cū p̄dictus sanctus quadā nocte ho*  
*spitatus fuisset in vna domo. ⁊ post cenā mensa iterū para*  
*retur. admiratus sanctus germanus. quesuit ab hospitiū*  
*cui denuo mensa pararetur. qui cum dicerēt q; bonis ill' vi*  
*ris ⁊ mulieribus qui nocte incedūt. mensam prepararent. Flo*  
*ete itaq; illa statuit sanctus germanus vigilare. Et ecce vis*  
*dit multitudinē demonū ad mensam in formis viroz ⁊ mu*  
*lierū venientē. qui eis precipiens ne abirent. cunctos de fa*  
*milia excitauit. quesuitq; si personas illas cognoscerent. q;*  
*cum omnes vicinos ⁊ vicinas dicerent esse. misit ad domos*  
*singuloz: ⁊ ecce in suis lectulis sunt inuenti. ⁊ adiurati po*  
*stea demones per sanctū germanū se esse spiritus malignos*  
*dixerūt. qui sic homines illud ebant. Ecce qd̄ spūs se loco a*  
*liarū personaz ostendere p̄nt. ita quippe vt homines existimēt*  
*hōmī ymagies veras personas fore. Et sic ex illa habes h̄*  
*storia. q; eadem hora homo pōt esse in vno loco. ⁊ nihilomi*  
*nus p̄ spiritū apparere in alio. Sicuti illi hoīes hora noctis*  
*fuērūt in domibus ⁊ in lectulis suis. ⁊ eadē horaeoz ymas*  
*gines prestigio dyabolico apparuerūt in domo hospitis ce*  
*nantes. Sic etiā de symone mago dicit in legēda sancti pe*  
*tri. q; symon eadē hora in conclauē erat cuz nerone. ⁊ foras*  
*loquebatur pp̄lo id est ymago eius per dyabolum foras loq̄*  
*batur populo. Sic idem in bonis spiritibus ⁊ angelis con*  
*tingere solitū fuisse legimus. Nam beato ambrosio apparu*  
*it. q; faceret officiū in exequiis beati martini in ciuitate thu*  
*ronensi. Dixit em̄ ego funeri exequium prebui. sed vltimas*  
*orationem vobis excitantibus expleri nō valui. Et rucra*

24  
stra inuentū fuit sicuti ipse retulit et tū ipse ambrosius eo tūc in  
ciuitate mediolanensi fuit q̄ ad plures dietas distat a rhu-  
ronis. Vñ fm Egidii in quodā q̄libeto dicit q̄ bonifacius  
in forma beati ambrosij fuerit in ciuitate thuronensi. Et cor-  
pus beati ambrosij fuerit in ciuitate mediolanensi. Sigmū-  
dus Ad quē finē sperat hec instructio. Ulrichus Ad  
hoc vt concludam. q̄ hoies sepe existimāt se videre alios ho-  
mines in certo loco constitutos quoz tū ymagines: dūtat  
vel in spiritu bono vel malo vident Sigmundus S  
q̄d ecōtra an ne quāq̄ phitonice mulieres credūt se p̄ficisci  
aliū locum. cū tamē remaneant in domo sua. Ulrichus  
Supius iam audisti exempla. vnde sepius credit homo se  
ēē in alio loco vbi nō est. ergo bene dicit ter. in ca. epi. xvi.  
q. v. vbi ait. Illud etiam non est omittendū q̄ quedam scele-  
rate mulieres retro post sathanā cōuerse. demonū illusioni-  
bus et fantasmatis seducte. credūt se et profitentur. cū dia-  
na nocturnis horis dea paganorum. vel cū herodiade et in-  
numera multitudine mulierum equitare sup quasdam bestias  
et multarum terrarū spacia in tempeste noctis silentio per-  
transire. vel eius iussionibus obedire. velut domine. et certis  
noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hec sole  
in p̄fidia sua p̄ssent. et non multos ad infidelitatis interitū  
pertraxissent. Nam et innumera multitudo hac falsa opinio-  
ne decepta. vera eē credit. et credendo. a recta fide deuiat. hec  
textus Sigmundus Nonne ceteri homines possunt  
equitare et ambulare de loco ad locum tam de nocte q̄ d die  
quid igitur ipis talibus mulieribus obstat. Ulrichus  
Lerte non denego. quin huiusmodi mulieres. et equitare et  
ambulare tam sup asinum. equū bouem seu camelū possint  
et. Sicuti alij hoies et more alioz hominum. Et sic fm cur-  
sum naturalem. Nos autem in eo casu loquimur. qui se vl-  
tra cōmunē hominū cursum extendit. videlicet vt nō possint  
in vna hora ad decem. vl. xx. miliaria p̄ficisci. Sigmun-  
dus Si igit nō vadūt de loco ad locum. et cōiunia visitāt

vt supra dictus tex. vnde igitur puenit. q. hoies in alijs ciuitatibus existentes. quos nunq̄ antea viderūt. cognoscunt vtricus. Ex premissis claret solutio. qm̄. p̄ impmissiones ymaginationū seu representationē ymaginum ministerio diaboli factas. hoc percipiunt. credentes se sensu corporalis p̄ntie cognouisse. Sigmundus. Saturati sumus de premissis disputatiōibus. nūc de vltiori questione interrogemus. videlicet an dyabolus possit in forma hominis cum huiusmodi mulieribus incubando p̄misceri. Et an ex huiusmodi coitu possint pueri nasci.

### An diabolus possit in forma

dominis cum huiusmodi mulieribus incubando cōmisceri. et ex huiusmodi coitu possint pueri nasci.

Utricus. Quāuis insuperiorib⁹ plene tū auctoritates et rationes. tū etiā exēplarū historie p̄ decisione hui⁹ satis sint introducte. vt tū finē materie aggrediamur. Dico q̄ ex incubo et muliere non procreatur hō. Nec vnq̄ inuētus est homo q̄ ex spiritu et muliere natus sit. p̄ter q̄ saluator dñs n̄r iesus xp̄us. q̄ summi dei p̄ris misericōdia dignatus est sine cōmitione virili de spū sancto ex gloriatissima virgine maria in mundū nasci. Absit igitur apud me. q̄ homo sine homine d̄ spū et maledicta muliere debeat nasci. Nec obstat q̄ in comedia plauti poete de ambitrione legitur. q̄ hercules ex ioue deo et alcumena muliere ambitrionis natus sit. et sic medius fidius dicatur. quasi medius filius quia fabula poetarum q̄ nephandissima fictio est. Sigmundus. Quid igit̄ respondes ad allegatam. glo. Gen. i. vbi dicitur gigantes ex tali coitu natos extitisse. Utricus. Dico q̄ glosa op̄i natiue loquitur et non concludit. Sigmundus. Quo modo autem saluas rectum. qui dicit q̄ ex inde nati sint gigantes. Utricus. Dico q̄ eo tūc surrexerunt gygantes. i. homines potētes et magnifici. qui p̄pter eoz potētiam et magnanimitatem dicti sunt gigantes. Sigmundus.

25  
Quid igitur de Berlino in britania supra dicto sentis.

Ulricus Sencio q̄ fuerit verus homo. Sigmundus Linius filius Ulricus vtriusq; hominis tam viri q̄ mulieris. Sigmundus Quō igitur mater eius coram rege britanie confessā fuit eū de incubo cōcepisse. Ulricus De iudice errauit mulier a demone illusa credēs se Berlinum de semine incubi generasse. Sigmundus.

Uñ igitur cōceptus est talis Berlinus Ulricus Sic arbitror. qz forte mater Berlini se dyabolo pro chdo loz dedicauit vñ dyabolus ymaginationē eius vt premisi mus seducens sensusq; eiusdem perstringens quasi eidez cō misceretur. cuius etiā corpus forte p̄stigium tumidum fecit. quasi fetu grauida incederet ac adueniente tempore ficti partus. flatum diuina permissione ppter eiusdem mulieris incredulitatem in corpe eiusdem mouerit. vnde ipsa existimās se grauata m̄ fecundā ac plem parere debere itaq; ip̄e dyabolus diuina p̄missione ob incredulitatē mulieris in vēre eiusdem dolore imiserit z hmōi flatū extinguendo. z aliū puerū hominis alicui furatum. supponēdo apparentiā fecit. occulto suo p̄stigio. quasi talis puer de tali muliere natus fuisset. quē ex post mater suscipiens credens de corpore suo exisse e nutritiū. cū tamen talis puer ab alijs hōibus prenatus fuerit z p dyabolum subtractus. Sigmundus. Sic auo dio q dyabolus potest homi subtrahere puerū suū z deferre ad alium locum z supponere alteri Ulricus p̄mittēte deo potest. z presertim non baptisatos pueros subripere.

Sigmundus Ostende hoc ex emplo v̄l autoritate Ulricus dyabolum super puerū non baptisatum habet potestātē suscipere auctoritatem ex decreto in ca. postea z in. c. Sacerdotes de cōsecra. dis. iij. vbi tex. Sacerdotes cū per exorcismi gratiā manū credētibus imponūt z habitare magno ligno spiritu in eoz mentes contradicūt quid aliud faciūt nisi qd demonia eijciūt. Item tex. in ca. de hinc eadē dis. dic de hinc itez exorcisatur dyabol⁹ vt suā nequiciā cognoscēs iustū sup se dei iudicium timens recedat ab homine. nec iaz

contēdat arte sua subuertere. Ecce qđ dyabolus arte sua p̄  
subuertere pueros nō baptisatos. Et his infero ad proles  
z pueros quos vulgus opinatur de milite colonienti p̄ mu  
lierem p̄creatos. p̄t̄ superius in historia latius tactum est.

**Sigmundus** Dic queso pro quo nanc̄ habuisti illum  
militem incognitum. **Ulricus** pro incubo z dyabolo.

**Sigmundus** pro quo autē filios. **Ulricus** Ego  
saluo tamen iudicio meli⁹ sententiū reputo illos pro veris  
hominibus. alicui tamen sub reptis z ibi vt̄ premissum est  
suppositis. **Sigmundus** Qualem autē existimas illam  
mulierem fuisse vt̄. s̄. dictum est. quam ciuis ille sicilie in ma  
ri arripiens vt̄orem duxit. **Ulricus** pro succuba z sic pro  
dyabolo **Sigmundus** pro quo autē reputas filium p̄  
ipsam vt̄ putabatur genitum z postea in mari pereandem  
ereptum. **Ulricus** pro dyabolo qui sic in forma pueri ap  
paruit. Nam vt̄ belimandus in eadez historia sentit. in qui  
ens. si talis puer verus homo fuisset. nemini dubium. quin  
postquam mater eundem in mari arripuit. z submersit. ma  
re ip̄m tanquā cadauer ad lit⁹ eiecisset. quod tamen non fu  
it factum. quia talis puer disparuit z amplius visus non fu  
it. natura autē maris est. omnia cadauera ad lit⁹ proijce  
re. **Sigmundus**. Nonne plures opinantur qđ dyabo  
lus vt̄ succubus possit cum viro coire. z sperma assumere. ac  
ex post vt̄ incubus in mulierem proijcere. et exinde prolem  
generare. **Ulricus** Tibi non videtur fieri posse. da  
to enim qđ sperma taliter colligeret̄ immittere posset. hoc ta  
men ad generandum non sufficit. quoniam vt̄ cōsiliator dif  
ferentia. xxy. ait. scire debes qđ istud membrum: puta. testicu  
li non est princeps virtutis generatiue. quamuis virtus in  
eo sit vt̄ opinatur Galienus. quia illud non potest agere su  
am operationem per se. nisi per spiritum emissum a corde  
temperatum quantitate z qualitate. propter qđ virtus cor  
dialis q̄ mensurat hunc calorem vt̄ possit facere suas opera  
tiones sit principaliter generatiua z virtus que est in h̄ mem  
bro est eius seruiens z si aliquod in hoc habet dominū est

26

illud particulare. Unde mihi videtur ex illa theozica. q̄ euz  
dyabolus huiusmodi spiritum a corde principiantem. et il-  
lam generatiōis virtutē assumere non posset. clarū erit. q̄ q̄  
uis forte assumat sperma ex projectione dūtaxat h̄mōi sper-  
matis alijs non concomitantibus nihil generari poterit.

**Sigmundus** Ex supradictis et iam deductis. video te  
pedem figere. sup̄ eo. q̄ aut h̄mōi pueri sint fantastici. aut ve-  
ro alibi subrepti: et suppositi. **Ulricus.** Bene habes et in  
illam partem videtur declinare vincentius. in. iij. li. historie  
naturalis capitulo. cxxviiij. et. **Sigmundus** Rūc sat  
mutuo int̄ nos hac de re disceptauim⁹. Expediit pro memo-  
rie tenacitate vt tunc determinatiōis conclusiones paucis  
verbis per epilogum detegere coneris. **Ulricus** Sal-  
uo igitur iudicio doctorū quorūcumq; melius sentientū q̄z  
determinatiōi me submittere non recuso. qua nū̄ mihi vi-  
sum fuerit dicam. Est igitur mee opinionis determinatiō.  
¶ Prima q̄ dyabolus neq; p se. neq; mīsterio hominum pōt  
elementis. hominibusq; et animalibus nocere v̄l homines  
ad generandum impotentes reddere. nisi quando occulto  
dī sed nunquā iniusto iudicio: vel ob penam delictorum no-  
strorū. vel ob meritum temptationis nostre augmentandū  
siue ob diuine maiestatis gloriā. magis timēdam. et p nos  
colendam. seu aliam causam. deum mouentem. ipsa clemen-  
tissima pietas permiserit.

¶ Secunda determinatiō est. q̄ cum ip̄a dei prouidētia oc-  
culto sue bonitatis iudicio dyabolo nocendi potestatem p-  
miserit. q̄ ip̄e dyabolus huiusmodi potestates amplius ex-  
tendere q̄ sibi a summo dō cōcessum fuerit: nō poterit et.

¶ Tercia determinatiō q̄ q̄uis dyabolus permittente di-  
uina clementia ob incredulitatem hominum vel aliam cau-  
sam superius enarratam posset perstringere oculos aliosq;  
sensus hominum obstruere. ita vt homines credant se ali-  
cubi esse. vbi tamen non sunt. vel videre id quod in se tale n̄  
est: vel apparere aliter quam sit: hominem tamen vel ani-  
m̄ alia in aliam speciem veraciter imutare non potest

¶ Quarta determinatio q̄ hmōi male mulieres p̄ multa mi-  
liarium spacia in noctis silentio non profiscuntur. nec mus-  
tuo taliter profiscendo cōueniūt. S̄z dum taxat ip̄is som-  
niantibus vel ymaginatione forti vt̄ premissum est laboran-  
tibus. p̄ representationē specierum similitudinatum a dya-  
bolo eis impressarum. hec z alia ip̄is apparent que postea vi-  
gilando vere sibi accidisse vt̄ sic illuse credūt.

¶ Quinta determinatio: q̄ dyabolus siue vt̄ incubus siue  
vt̄ succubus pueros generare nullo modo potest. Sed hu-  
iusmodi pueri si inuēti fuerint. vel suppositi pueri vel fanta-  
stici existunt.

¶ Sexta determinatio. q̄ solus deus futurorum certus est  
inspectoz. z solus cogitationes hominum nouit. qd̄q̄ dya-  
bolus per se siue magos seu maleficos vera z futura predice-  
re aliter non potest: nisi ea que ip̄e pro subtilitate nature sue  
p̄iori ex consideratione astrozum. z elementozum dispositō-  
ne. accidere debere noscit. vel que accepta licentia a deo face-  
re incendit: vel hominibus ad faciendum persuadere in eo-  
rum mentes sugerendo posuit. vel que ex moribus z gestu  
hominum coniecturando deprehendit. nihilominus tamē  
ip̄e sepe fallit. z fallitur.

¶ Septima cōclusio. q̄ quibus effectualiter hmōi maledicte  
mulieres nihil efficere possunt. nihilominus tamē qz̄ insti-  
gante dyabolo tales mulieres. vel ob desperationē. vel pau-  
pertatem. vel odia vicinorū. vel alias temptationes. per dya-  
bolum imissas. quibus non resistunt a vero z p̄ssimo deo  
recedentes. sese dyabolo holocaustomata z oblatōes offerē-  
do apostatant. hereseā p̄auitatē sectātes. z p̄pterea succedūt.

¶ Ultima determinatio. videlicet qd̄ p̄pter huiusmodi apo-  
stasiam z correptam volūtatē de iure ciuilitales scelerate ml-  
ieres. que a deo largissimo apostatarūt. z dyabolo sese dedi-  
carūt. morte plecti debēt. p̄nt dicitur in lege. multi. codice d̄  
maleficis z in arthematis.

¶ Vos igit̄ mulieres memētote p̄fessōis v̄re in baptismo

27


facte ac cum dyabolus vos tentauerit. estote fortes. et suis  
suggestionibus resistite. et resistendo signo crucis vos ipsas  
armate. scientes. quod aduersus vos nulla habebit praeterea quam  
hoc contra signum. nullum stat periculum. Sumite exemplum bea-  
te iustine in cuius legenda ita legitur. Erat enim quedam virgo in  
antheochia ciuitate iustina nomine. quam quidam scolasticus no-  
mine agladius videns frequenter ire ad ecclesiam in amorem  
ei incidit. multosque ad eam transmittens petijt uxorem. quem cum  
omnibus diceret. christo celesti sposo se esse desponsatam. ille congregata  
viroz multitudine voluit eam primum rapere. Sed non potuit  
it. tunc iratus abiit ad cyprianum magni promittens sibi duo ta-  
lenta auri. ut iustinam per maleficia sua caperet. qui per magi-  
cas vocauit demonem. et ait illi amo virginem de gallileis po-  
tes ne eam psuadere. et adducere mihi. quod promisit ei dicens. ac-  
cipe hoc medicamentum. et sparge circa domum eius. et ego sup-  
ueniens. paternum sensum ei iniiciam. et statim obaudiet mi-  
hi. Cumque cyprianus ita fecisset. sancta virgo tertia nocte ho-  
ra surgens. ad orationem sensit impetum demonis signauit.  
itaque se et domum suam. signo crucis et demones signo crucis  
expulsi sunt. Qui veniens ad cyprianum confusus et cur virginem  
non adduxisset requisitus. ait. vidi quoddam signum tabui.  
Iterum cyprianus per artem magicam alium demonem fortiore  
vocauit. et simili modo fecit. et similiter eidem accidit. tandem  
vocauit ipsum demonem patrem. et ait illi. quem nam est in-  
firmas vestra. vicia est ab una virgine omnis vestra vir-  
tus. rident dyabolus. nunc adducam tibi eam ad desiderium  
corruptionis. tu tantum paratus sis. Tunc dyabolus in  
specie virginis ad iustinam intrauit. et sedens super lectum  
eius eandem tentando dicens. hodie missa sum a christo ad te vi-  
uere tecum in castitate. multum autem te video veratam abstin-  
tia. Sancta autem virgo dicit. merces autem multa. labor vero  
modicus. dixit ei dyabolus. deus in paradiso benedixit adam  
et eum dicens crescite et multiplicamini. Puto ergo quod si in  
virginitate manserimus. iudicium incidam. quia verbum dei

cōtemnīm<sup>9</sup>. cūq; virgo turbata surrexit z p spm̄ sensit. q̄s eēt  
q̄ ei loqueretur. signoq; crucis se signās. dyabolū extulauit. q̄  
disparuit. Deinde dyabolus cypriano p̄fusus appuit. q̄ dixit  
ei z tu nāq; vict<sup>9</sup> es. vt ceteri subiecti tui. quō em̄ victi est?  
ab vna v̄gine xp̄iana. dic mibi que sit p̄tus victorie eē<sup>9</sup>. q̄ r̄m̄  
dixit dicere tibi nō possum. vide q̄daz terribile signū. z tabui.  
Si autē virtutes hui<sup>9</sup> signi vis addiscere. iura mibi qd̄ nūq;  
a me velis discedere. q̄ cū iurasset. ait illi vidi signū crucifixi  
z tabui. z sicut cera a facie ignis fluxi. cui dixit cyprianus. er  
go crucifixus maior te est. qui r̄ndit etiā maior oibus est. qz  
disertiores dei accipiūt ab eo sn̄iam ignis. Cyprian<sup>9</sup> autē ait.  
festinā igit vt amicus siā crucifixi. ne talē penā incurrā. Dy  
abolus r̄ndit. iurasti nāq; mibi. Cyprian<sup>9</sup> ait p̄tēno te. z oēs  
fumigātes virtutes tuas. meq; ip̄m tibi denego. z me consti  
gnās. dico gl̄ia tibi x̄pe. z tu demon recede a me. Abijt̄ dy  
abolus p̄fusus. vñ cyprian<sup>9</sup> xp̄ianus factus est. Ecce q̄ quā  
te virtutis fuerit z hodie existat signū sc̄tē crucis. quo nos  
signare dignetur x̄ps qui p nob in ligno crucis seipm̄ offer  
re z nos saluos facere dignatus est. qui viuūt z regnat in se  
cula benedictus Amen.

¶ Accepe igitur gloriosissime princeps hāc disputationē  
hui<sup>9</sup> tractatus. quē ad honorē tue excellentie z bonaz menti  
um serenationē sub tue celsitudinis emēdatione elaborauit.  
Et si quid minus officio se elaboratū et seu a tramite verita  
tis deuiare inueneris illud ignorātie mee potius q̄ p̄sump  
tuositati attribue. z me seruulum tuū cōmendatum gracili  
ter suscipe. ¶ Vale igitur felix eternū patrie decus. deoq;  
a omni populo amabilis colendissime princeps. Excons  
stañ. anno dñi. m. cccc. lxxxix. die decima ianuarij.


Tue celsitudinis humilis cōsiliarius z seruulus  
vricus molitoris de constātia decretorū doctor.







Deus meus debet agere ut sub et autem  
De impetu a reo  
hinc facit quod alii faciunt  
V. q. profert ad omnia  
De merito q. unius mato  
De pua mto ex aqua mto  
De unius mto q. pua de mto  
De mto pua et pua

9 IV. 35









Biblioteka Jagiellońska



stdr0006558

